



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

2. Christus, & D. Paulus judicium temerarium prohibentes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45699**

Matth. 7. 1. merè judicando, & alios consolaretur, qui temerè judicantur, dīserē monuit: *Nolite judicare, ut non judicemini. In quo enim iudicio judicaueritis, iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, reme- tietur vobis.* Vides iudicij diuini æquitatem, humani talionem?

II.  
S. Augustin.  
de sermone  
Domini lib. 1.  
ep. 28.  
3. Cor. 8.

Rom. 14. 3.

Ibid. c. 29. &  
ep. 49. q. 4.  
item lib. 2.  
qq. Euang.  
sep. 8.

In que verba ita scribit S. Augustinus: *Quia temporalia (quo- rum solicitudinem Christus paulò priùs prohibuerat) in futurum procurare incertum est, quo animo fiat, cùm posset simplici & duplice corde fieri, opportunè hoc loco subiecit: Nolite judicare, ut non judice- minni.* Et concludit: *Nos ergo reprehendimus ea, quia nec scimus, que animo fiant; neq; etiam ista, qua manifesta sunt, ita reprehendimus, ut desferemus sanitatem.* Ad quem modum etiam D. Paulus, cùm ido- lohytis vesci prohiberet, tamen non voluit, ut, qui illis non vel- cerentur, de vescientibus malè judicarent, quia poterant, aut per ignorantium, aut bono animo vinci. *Qui, inquit, non manducat, manducantem ne judicet.* Ad similem modum docet D. Augustinus, velle Christum, ut, quamquam ipse rerum temporalium soli- citudinem deponi jussicerat, tamen eos non judicemus, quos vide- mus, pro vieti, & amictu sollicitos esse. Quin & pergit explicans, quod sequitur: *Sed, inquit, potest mouere, quod ait; In quo enim iudi- cito judicaueritis, iudicabimini. Numquid enim, si nos temerè judica- nerimus, temerè etiam de nobis judicabit Deus? Sed hoc dictum est, quia temeritas, qua punis alium, ipsa te punies.* Quo modo puniet?

1. In conscientia, qua te arguet temeritatis.
2. Coram tribunali diuino, ad quod, alibi ostendimus, accessisse Religiosum ad- modum fidenter, nixum hac sententia: *Nolite judicare, & non ju- dicabimini;* ita vtique accident cum magna trepidatione, qui sibi conscienti sunt, se tribunal illud iniquè inuasisse. Hinc S. Augustinus ait: *temeritas ipsa te puniet.* Hoc est, iudicium tuum temerarium, ipsum de te judicabit, seu causa erit, ut de te judicetur.
3. Diuinitas Nemesis permittitur, ut in poenam talionis vicissim ab alijs homi- nibus temerè judicentur, qui alios temerè judicauerunt. Quamvis non necesse est, ut h̄c spectentur omnes iudicij qualitates, sed sola curiositas seueritasq; judicandi. Quia enim curiositate atq; seue- ritate de alijs judicauerimus, eadē de nobis etiam Deus judica- bit; quia quanto nos erga alios erimus seueriores, tanto etiam Deum Iudicem erga nos seueriorem experiemur.

Itaque